



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamina Seu Scita Variæ Doctrinæ, Politicæ, Moralis,
Stoicæ, Christianæ, & Spiritualis**

Nieremberg, Juan Eusebio

Paderbornæ, 1711

Decas IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50306](#)

77. Cum omnibus pacem habeto, cum
vitiis bellum. Præ cæteris autem procura-
tecum ipso concordiam, id est, ut cogita-
tis consentiant verba, verbis opera, ope-
ribus voluntas.

78. Cùm rerum eventus nequeant
aptari votis nostris, aptanda sunt vota e-
ventibus, eorūmque moderatione præ-
occupandus dolor, quo gravamur. Im-
prudentia est, quod longè abest, vel omni-
no abest, effictim concupiscere, & quod
ad manus est, negligere.

79. Servire tempori munus est honora-
tū, imò & Regium: servire, quia cogeris,
mācipiū: servire, quia sponte vis, ingenui.

80. Time magis conscientiam, quam
famam. Optima fors felicissimi est inno-
centia, neque laus ulla major, quam me-
ruisse laudari. Interest non quis videaris,
sed quis sis. Quid juvat te commendari,
in quo conscientia te damnat.

DECAS IX.

81. Magnæ pollicitationes jure solent
esse suspectæ: qui illas offert, cùm ægre
queat præstare, aut decipit alios, aut si
se ipsum non fallit, stultè obstringit.

C7

Grandia

Grandia dona plūs amant dari, quām promitti. Satiūs autem est grandia præstare, quām spondere. Age quod spoponderis, non spondeas, quod forsitan acturus non es.

82. Verè dicitur communi adagio: *Qui citò dat, bis dat.* Muneris pretium voluntas est, & hæc celeritate constat. Offensam excedant benefacta, & beneficia gratitudo.

83. Feliciter errat, qui corrigentem habet. Carent hoc dono feliciores, neque Socrates in Principibus reperit. Plebeios deliciæ non obruunt: plūs curant, ut vivant, atque ideo facile corriguntur, aut legum fræno continentur. Totū hoc alienum est à Principe; cum paucis agit, & hi non loquuntur nisi placentia, aut non excitantia sensum.

84. Non sunt dispensanda imperia cum potestate Dominantis, sed in mansuetudine Patris. Naturâ suâ subjectio gravis est, atque ideo mitiganda affabilitate imperantis.

85. In consiliis audiendi sunt omnes, sed quod rectum est statuendum. Quod statueris,

tueris, non exequere per eos, qui non probârint. Turpe est errare in id ipsum: nam & bruta primus casus cautiora reddit. Qui dissentit statuendis, non promovabit statuta.

86. Consilium, quod voto tuo arriserit, suspectum habe, & timeas exequi. Nam vel imprudentiae arguêris, quod malè cæperis, vel inconstantiae non continuando quod inchoâris.

87. Consilium prudentius est, quod securum: opportunum, quod expeditius: quod facile, acceptabilius; optimum quod includit hæc omnia. Id innuebat Asclepiades, probabâtque Cornelius Celsus, asserens Medicorum esse, mederi cum securitate, cum brevitate, cum voluptate.

88. Nostro sæpe ineptimus judicio; idcirco sensui tuo nè nimiùm adhæseris: sic enim quilibet, nè te offendat, sinet errare.

89. Solon scissâ in partes Republicâ neutri dicebat adhærendum. Non æquè id tutum est, cùm duo potentiores dissedent. Nam Pace reducta unus oblisceatur obsequii, alter meminerit injuriæ, quâ

se

se credet impetum. Evenire hujusmodi,
quod vespertilionibus, solet: avium mu-
riūmque induti formam ab utrisque pa-
tiuntur. Ita & illi fugiendo discriminem, in-
currunt. Quanquam neque ipsum peri-
culum vincere expers est periculi. Felix
malum, in quod virtuosus incurrit! neque
ulla est tanta felicitas, quam non infestent
mortaliū quærelæ.

90. Crudelitati multa cum in honestate
societas est. Mens humana habitare non
solet in domo subdita affectibus ferinis.

DECAS X.

91. Luxum vestium optimè dixeris in-
scriptionem vanitatis. Insipiens est, qui
facit impensas, ut vanus censeatur: se de-
pauperat, ut credatur dives.

92. Duobus malis subjacet ambitio: red-
ditur odiosa, & fit infelix. Rarò evenit
prosperè, si quis contendit Domino suo
æquari.

93. Admodum pretiosa rarò prosunt
possessori, & quod multis arridet, ægre
potest retineri.

94. Cum arte solet punire Justitia Divi-
na: æquat pænam culpæ, & per ipsa pec-
cati